

Iam fidei, & Paulus etiam αὐαλογίαμπτῆς πό-
στεγωνικον, refutare in illius commenta,
mutuata a Rabinis, Sabellio, Praxea, Sa-
mosato, Arrio, Mahometo, & Magis,
per quae claras, & perspicuas scripturæ
Propheticae & Apostolicæ sententias de-
uno Deo, & tribus personis eludere co-
natur, & ex hoc ipso principio, id est,
symbolo & regula fidei, uerum & perpe-
tuum Ecclesiæ consensum, de interpre-
tatione scripturæ Propheticae & Apo-
stolicæ, prijs omnibus comprobarem.

II. Eodem igitur consilio nunc sym-
bolum Apostolorum, & eius expositi-
onem, ex alijs probatis, & receptis ab Ec-
clesia scriptoribus, qui inter Tertullia-
num & Nicænam synodum intercesse-
runt, recitabo, & sic tandem perueniam
ad testimonia scripturæ, quæ refutant
Serueti blasphemias.

III. Constat autem Cyprianum pro-
ximum esse Tertulliano inter patres, &
pro magna laude duxisse, quod dicere-
tur ipsius discipulus. Nam quoties Ter-
tullianum legere uolebat (legebat au-
tem quotidie) his uerbis petebat librum:
Da mihi Magistrum. Is autem Cypria-
nus scripsit expositionem symboli, pe-
rente